



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus ... Annalivm Hirsavgiensivm**

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.  
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,  
Regum ...

**Trithemius, Johannes**

**S. Galli, 1690**

Epistola Joannis Trithemii Abbatis D. Jacobi prope Herbipolim civitatem  
Francorum Orientalium, quondam verò Spanheimensem, ad Joannem  
insignis Monasterij Hirsaugiensis Abbatem, super editione ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38550**



EPISTOLA  
JOANNIS  
TRITHEMII  
ABBATIS

D. Jacobi prope Herbipolim civitatem Fran-  
corum Orientalium, quondam verò Spanheimensem,  
ad Joannem insignis Monasterij Hirsaugiensis Ab-  
batem, super editione subjecti operis Chroni-  
corum Hirsaugiensium Patrum.



*Reverendo in Christo Patri Domino Ioanni  
dignissimo Abbati insignis Monasterii SS.  
Apostolorum Petri, & Pauli Hirsaugien-  
sis, Ordinis D. Patris Benedicti, Spirensis  
Diæcesis, Ioannes Trithemius inutilis  
Abbas apud S. Iacobum in suburbano Ci-  
vitatatis Poapolitanæ, quam Würzburg  
vulgariter appellant, eiusdem Ordinis, sa-*

*lutem, & Fraternali in Domino Charitatem. Sedecim anno-  
rum tempus, nû fallor, effluxit, quo primùm famosi, atq; insignis  
Monasterij Hirsaugiensis, cui divinâ ordinatione Prælatus, & Mo-  
derator dignissimus es constitutus, inchoavi historiam, quam vanis,  
caducisque mundi curis, & sollicitudinibus quasi continuè nimium  
occupatus, hætenus ad finem perducere non potui. Spanheimensis  
etenim plena laboribus Abbatia, in qua per annos fermè quatuor atq;  
viginti in multa sollicitudine præfui, tantis me laboribus rei familia-  
ris, mundique curis absque intermissione oppressit, ut mihi rarò, ac so-  
lum*

A

lum

Il. 728  
XXXII.  
de XIV.  
XXXVI.  
diditio-  
XVIII.  
Abbas  
r annos  
ir annis  
X. præ-  
nem re-  
KIV. Et  
nis XIV.  
MCXX.  
præfuit  
præfuit  
præfuit  
Domini  
præfuit  
VI. præ-  
ut annis  
CXVI.  
Domini  
CCXLV.  
is nostri  
titutio-  
an atque  
nt Hir-  
nem  
mat.

Trithemii  
Hirsaugiensis  
Abbas  
S. Iacobum  
Poapolitanæ  
Würzburg

lūm per intervalla nocturnis, quas ipse mihi de somno plerumq̄, suffurabar, horis codicem liceret contingere. Addo & illud, quod omnibus & manifestum, quasi mihi non sufficeret unius pauperrimi cura Monasterij, per continuos viginti annos in causis, & negotijs Ordinis nostri publicis, atq̄, communibus, visitando per quæq̄, Monasteria in multis Germaniæ Diæcesibus, mandato Patrum meorum multipliciter occupatus fui. Legationes pro defensione Ordinis ad Principes varias peregi, ac vicinorum simul, & longè distantium causas, ut proprias sæpius invocatus, aut iussus ad pacis concordiam revocavi. Vnde non parùm detrimenti rerum mearum tandem consecutus sum: quippe qui utilitatibus aliorum necessariò intentus, propria intermittere studia, Fratrumq̄, commoda meorum cogebat. Hinc factum est, ut inchoatum Historia Hirsaugiensis opus per tot annos consummare minimè potuerim; quamvis id me citius editurum in lucem speraverim, sæpiusq̄, promiserim urgentibus. At nunc posteaquàm, Christo IESV miserante, labyrinthum inexplicabilem Spanheimensis Abbatia meis & studijs, & institutis animi semper adversum simul, atq̄, contrarium, occasione datâ per cynonotos evasi, Monasterium S. Iacobi memoratum, pietate ac munificentia Reverendissimi Principis Domini Laurentij de Bibra Herbipolensis Episcopi, ac Ducis Francorum, simul & Fratrum electione regulari affectus, in quo sicut mundi rebus virvo tenuis & pauper, ita remotus sum à curis sæculi vanis, & liberior ad philosophandum. Nam inter curas mundi, & ardens studiū scripturarū vera, & continua non potest manere concordia, sed alterum ex altero corrumpitur; dum aut litterarum continuata intentio familiaris rei profectum negligit: aut sollicitudo rerum temporalium nimia lectione desiderium extinguit. Rarus est enim nostris temporibus inter Prelatos Monasticos, qui ut Aioth ambidexter, & curis rerum domesticarum debitum, & conveniens litteris impendat studium, & interni profectus animi nullum propterea sentiat detrimentum. Frequenter siquidem alterum necessariorum minus profectè prosequimur: dum circa curam alterius diligentius occupamur. Ego autē qui studium scripturarum cunctis mundi rebus & curis semper preposui, datâ mihi occasionem dimittendi Abbatia Spanheimensem caducis sollicitudinibus plenâ libenter acceptavi: Virvo enim nanc Laus Deo mente tranquillus, & nimis mundi curis liber & vacuus; atq̄, ad institutum animi perficiendum magis dispositus. Vnde ne tuis precibus me crederes ex proposito reluctari, opus historiarum Hirsaugiensis diutius intermissum, locum affectus tranquillum, & com-

petens

Chronicorū  
Hirsaugiens.  
postulata  
compilatio.

petens nam ad man  
& uniu mei perpe  
mon, & quant  
tam, & Pater  
veni nisi & obsequ  
dedimus, & Fr  
fuerit, nemo mihi  
ac laboriosum meo  
quod & animam &  
licitas, & mentis  
vanitati mortalium  
non. Sed nimia di  
magnum libens subri  
nervi, memoria om  
onare vos maximè  
ego, quâ possum hu  
pedate, & DEV  
fuerit, studiosius or  
laugiana, longū  
moratu digna multo  
duo volumina, sine  
inmensū evaderet,  
sereni detruicaret.  
canobio Fuldensi, ad  
anno octavo incepim  
dirigentesimū contin  
nem temporis, usq̄ a  
re perduximus. Por  
tatu digna ubiq̄ inse  
quantum licuit, silen  
die mensis february.

petens otium ad manus resumpsi tandem aliquando perficiendum: quod  
 & amoris mei perpetuum erga Fratres tuos Hirsaugienses erit testi-  
 monium, & quanta apud me sis auctoritatis Tu Princeps Monacho-  
 rum, & Pater praestantissime Ioannes, evidens documentum. Enim-  
 vero nisi & obsequijs tuis essem voluntarius, promptaq; benevolentia  
 deditissimus, & Fratrum tuorum Hirsaugiensium omnium amator  
 sincerus, nemo mihi unquam persuadere potuisset, ut opus tam arduum,  
 ac laboriosum meo studio perficiendum in manus desumpsissem meas,  
 quod & animum & calamus sacratoribus maluissem occupasse in-  
 stitutus, & mentis propria culturam exercere potius, quam temporis  
 transacti mortalium gesta litteris commendare pro voluptate Postero-  
 rum. Sed nimia dilectione Hirsaugiensium devictus laborem hunc  
 magnum libens subivi, Chronicon vestri Caenobij, ut cernitis, consum-  
 marvi, memoria omnium vestrum immortalam reddidi, & quicquid  
 ornare vos maximè potuit, multo sudore in unum comportavi: Vos  
 ego, quâ possum humilitate, precor, hanc mihi vicem laboris mei re-  
 pendite, & DEVM pro anima mea, cum de corpore tandem egressa  
 fuerit, studiosius orate. Verùm quia tempus à prima fundatione Hir-  
 saugiana, longum paulò minùs septingentorum annorum, plura me-  
 moratu digna mihi scribenda obtulit, visum mihi fuit, opus totum in  
 duo volumina, sive partes dividere, ne aut pondus unius codicis in-  
 immensum evaderet, aut brevitatis necessaria consideratio gestorum  
 seriem detruncaret. Primam igitur partem ab introitu Monachorum de  
 caenobio Fuldensi, ad S. Aurelium anno Christianorum octingentesimo trice-  
 simo octavo incepimus, quam per annos septem & viginti, supra qua-  
 dringentesimum continuantes, Abbatum ordinatas successiones per se-  
 riam temporis, usq; ad vicesimum quintum, nomine Volpoldum, inclusi-  
 ve perduximus. Porro multa per digressum facta Germanorum memo-  
 ratu digna ubiq; inserui, exterarq; nationes, ut ipsa fecere nostris,  
 quantum licuit, silentio transivi. Vale. Ex meo caenobio scripsi quintam  
 die mensis februarii. Anno Christianorum M. D. XI.

Cur historia-  
 rum opus di-  
 viderit in duo  
 volumina.

Scriptum anno  
 M. D. XI.



A 2

In